

## 132.

*Bruder Nicolaus, Professor der Theologie und Minister der Franziskaner in der Provinz Sachsen, nimmt im Auftrag des Ordensgenerals die Mitglieder der Marienbrüderschaft zu Kamenz unter die geistlichen Freunde des Ordens auf und macht sie aller von den Brüdern des Ordens geübten guten Werke theilhaft.*

**Breslau, 1469 Oct. 1.** 5

*Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 59. Das ovale S. in rothem Wachs an rothem Bindfaden.*

Christo deo devotis universis et singulis utriusque sexus de unione et fraternitate beate Marie virginis || in Camentz frater Nicolaus, sacre theologie professor, ordinis fratrum minorum provincie Saxonie || minister et servus, cum oracionum suffragio salutari omnium virtutum incrementa. Etsi ex debito caritatis || omnibus, illis tamen longe amplius gratitudinis debito obligamur, quorum dilectionem et favorem certis beneficiorum et promotionum indiciis frequentius et uberius experimur. Cum igitur pya devocio et favor sincerus ad nostrum ordinem vos speciali affectu inclinet, prout fratrum fideli relatione accepi, eandem vestram devocionem affectu sincere caritatis acceptans Christoque immerito acceptabile fore credens, piis ipsam beneficiorum spiritualium vicissitudinibus compensari, auctoritate reverendissimi patris generalis ministri et tocius nostri ordinis, ac michi desuper facta commissione, vos omnes et singulos tam presentes quam futuros, qui eandem vobiscum habuerint devocionem, ad universa et singula nostre religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte, plenam vobis participacionem missarum, vigiliarum, oracionum, jejuniorum, castigacionum ac aliorum omnium spiritualium bonorum tenore presencium concedens, que per fratres nostri ordinis, ubicunque terrarum morentur, spiritus sancti clemencia ex hoc et in omne tempus dignabitur operari, adiciens insuper de gracia speciali, ut, cum domino placuerit, de miserie presentis exilii<sup>a)</sup> ad celestem patriam vos vocare, vestrique obitus vel cujusquam vestrum nostro generali aut provinciali capitulo fuerint nunciati, idem pro vobis fiet officium, quod consuetum est fieri pro nostris ibidem recommendatis spiritualibus fratribus et amicis. Datum Wratislavie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, prima die mensis octobris, officii mei sub sigillo appenso.

## 133.

*König Mathias verschreibt dem Herzog Friedrich von Liegnitz, Landvogt in den sechs Landen und Städten, die königliche Rente auf der Stadt Kamenz, nämlich 26 Schock Jahreszins, welche durch den unbeerbten Tod Siegmunds von Donin an den König gefallen ist.*

**Ofen, 1471 Febr. 24.** 30

*Hdschr.: Vidimus des Rathes zu Bautzen auf Perg. von 1473 Oct. 18 (am montage des tags send Lucas), Rathes-archiv zu Görlitz.*

*Gedr.: Aufzeichnungen über die erloschenen Linien der Familie Dohna. Als Manuscript gedruckt. Berlin 1876. 2,277. 35*  
*Ann.: Siegmund von Donin war gesessen auf Straupütz in der Niederlausitz.*